



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigessimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

De Matrimonij indissolubilitate. Pun. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

cum in plures diuidatur. Econtra vir integre familiam gubernat, sed uxori, quae omnia ostendunt naturali iuri, & legi pluralitatem vxorum aduersari. Quo supposito,

Omissis aliis dicendi modis placet mihi quem tradit Sanchez, Egid. Basil. Hurtado, Paul. Layman. loc. alleg. videlicet Deum ipsum penes quem nostrorum corporum est dominium non aliter potestate copposit ad vsum generationis concessisse, nisi medio coniugio vnus cum vna ob supradicta inconuenientia: ac ob fauorem Israelitici populi de quo nasciturus erat permisit, vt vir se dimidiare cuiuslibet vxori traderet, cum tamen vxor viro integre tradita sit. Neque enim rationi naturali aduersatur ob aliquem honestum finem pericula aliquorum damnorum permittere. Si enim Deus occisionem innocentis, & bonorum alienorum acceptationem concedere potest ob aliquos honestos fines: quia tum nostrorum bonorum, tum vita dominus est, quare non poterit vsum corporum in matrimonium hoc vel illo modo concedere? Quae concessione facta omnis inordinatio cessat. Ex quo fit non solum potuisse Deum concedere matrimonium vnus viri cum pluribus vxoribus, sed plurium vxorum cum vno viro, vt bene comprobant Sanch. Coninch. Basil. Hurtado & Laym. supra, tamen hoc nunquam concessum sit.

Illud vero est certum a lege Euangelica concessionem plurium vxorum concessisse, vt constat ex illo Matth. 5. & 19. vbi Christus Dominus matrimonium requirit ad primam sui institutionem, & constat ex cap. gaudemus, de diuortio. Et ex id. sess. 24. can. 2. & diximus supra. Deinde est certum non esse Pontificem in hac vxorum pluralitate dispensare, cum non potest esse dominus nostrorum corporum, neque Christus Dominus hanc illi potestatem concessit, neque vlla huius concessio congruentia apparet, vt omnes Doctores tradunt.

INCTVM II.

De matrimonio indissolubilitate.

I.

Quale sit matrimonium legitimum, ratum, & consummatum; & quo iure sit indissolubile?

1. Quod sit matrimonium ratum, & consummatum, expenditur.
2. Copula extra bimestre, & etiam intra bimestre vi extinguitur consummatum matrimonium.
3. Si intra bimestre consummatio fiat non impeditur a religionis ingressu.
4. In foro externo matrimonium censetur consummatum, quando sponsa non virgo tradita est in haecum viri.
5. Matrimonium ratum, vinculum est perpetuum, & indissolubile ex se.
6. Quo iure habeat hanc indissolubilitatem?

1. **C**um matrimonium ratum ex pluribus causis dissolui possit, vt videbimus, & matrimonium consummatum si sacramentum sit sola morte coniugis dissoluitur, praemittendum est quod sit matrimonium ratum, quod consummatum. Ratum matrimonium appellamus, quod baptismo suscepto legitimo contrahentium consensu perficitur nulla carnali copula subsequuta. Dixi baptismo suscepto, nam ante baptismum, esto infidelium matrimonium dicatur legitimum, ratum tamen non appellatur, vt docuit Innoc. III. in c. quanto de diuortio ibi: Nam et si matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; inter fideles autem verum, & ratum existit matrimonium, quia sacramentum fides, quod semel est admissum nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, vt iam in coniugibus illo durante perduret. Et tradit Magist. in 4. d. 39. quaest. ult. Paludan. ibi q. 1. concl. 3. Richard. art. 1. quaest. 2. Maior quaest. vnica. Alen. 4. part. quaest. 9. memb. 5. art. 2. §. 1. quaestione. 2. ad argumenta Antonia. 3. part. tit. 1. cap. 6. & alij. Neque desinit esse ratum tantum ex eo quod vir vas foemineum penetraverit, si tamen intra illud semen non effuderit, quia vsque semen ibi effusum sit, non efficiuntur coniuges vna caro, vt colligitur ex cap. lex. 27. quaest. 2. quippe matrimonium ad generationem ordinatur, debet ergo consummati copula generationi apta, quae nullatenus est absque seminatione, vt pluribus firmat Sanch. d. disp. 21. n. 5. Gutierr. c. 54. n. 24. Quapropter vt matrimonium consummatum sit, necessarium requiritur, & sufficit, vt vir intra vas foemineum seminauerit, tamen factum fuerit absque vasis foemineae penetratione. Etenim ea copula generationi sufficit, & coniuges vna caro efficiuntur, vt ex communi sententia docet Syluest. verbo Matrimonium, quaest. 15. dicto 2. Dominic. Sot. in 4. d. 27. quaest. 1. art. 4. vers. causa. Gregor. Lopez, leg. 5. verbo carnalitate, tit. 6. part. 4. Sanch. lib. 2. disp. 21. num. 2. Gutierr. de matr.

cap. 54. num. 21. Neque ad hanc consummationem opus est quod foemina seminauerit, nam esto aliqui Doctores, quorum meminit Sanch. d. disp. 21. num. 11. non improbabiler asserant semen foemineum generationi necessarium esse, & consequenter matrimonij consummationi, contrarium communi Doctorum sententia firmatum est, teste eodem Sanch. & Gutierr. loc. alleg. quibus fauet Francisc. Suar. tom. 1. in 3. part. quaest. 32. art. 1. disp. 10. sect. 1. affirmans ex sanguine a foemina ministrato generationem confici. Debet autem haec copula matrimonium consummans subsistere eius contractum, non precedere. Nam copula precedens matrimonij contractum matrimonialis non est, sed fornicaria. Non igitur consummare matrimonium potest, vt optime probat Conar. in 4. decret. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 15. & 16. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praes. 1. Nauarr. cap. 21. n. 84. Sanch. disp. 21. n. 11. Gutierr. cap. 54. num. 25. Neque obstat, quod filij ex copula fornicaria nati subsequenti matrimonio legitime generentur, quia qui filij sunt legitimi, quia id factum est in fauorem prolis, quae non deliquit.

2. **Q**uestio est, An sufficiat copula, vt vel metu extorta ad matrimonium consummandum? Et quidem si copula sit post bimestre datum ad deliberandum de religionis ingressu, matrimonium consummare, ita vt neutri liceat ad religionem transire, fatentur se omnes Doctores, vt refert Sanch. lib. 1. disputat. 22. num. 1. Gutierr. de matr. c. 54. n. 16. Quippe ex nullo capite impediti potest consummatio, maxime nulla subsistente causa denegandi debitum peritum, sicuti nulla est transactio bimestri. At si copula intra bimestre extorquetur, etsi aliquibus videri possit insufficientis ad consummandum matrimonium, communi sententia contrarium firmat cum Sanch. & Gutierr. loc. alleg. Et Coninch. disp. 26. dub. 1. n. 53. eo quod efficiuntur vna caro, & debetur de bigamis, haec accessus non ad alienam, sed ad propriam, nasciturque ex tali copula affinitas, & discretionem de eo qui cognouit sanguinem, cum Negatiue non potest ex parte viri sufficientem esse ad matrimonium consummandum, siquidem est liberè facta. At consummatum matrimonio ex parte vnus, necessarium est ex parte vnusque consummatum est, quia est vnicum vinculum respicientia duo extrema.

3. **I**nde tamen inferunt Ioann. Andr. in reg. qua. contra in. de Regul. iur. in 6. Cardinal. in cap. 2. q. 2. de conuers. coniugij. Prapost. in cap. fin. §. 5. dist. Syluest. in sum. verbo diuortio, q. 1. & ibi Armilla n. 6. Gregor. Lop. in leg. 4. in fine tituli, part. 4. Gutierr. c. 54. num. 28. & 29. vxorem non posse religionem ingredi, quia talis ingressus ante consummationem permissus erat sed non matrimonio consummato. Rectius tamen sentit plures referens Sanch. dicta disp. 22. num. 6. & 13. Coninch. disp. 26. dub. 2. num. 13. posse religionem ingredi, sicuti poterat ante consummationem, quia aequum non est, vt licentia facultas a iure concessa de religionis ingressu abique sit cui priuatur. Argum. cap. discretionem ad finem, de eo qui cognouit sanguinem. Adde ob adulterium, haec crimina, & est coniux innocens religionem ingredi, ergo poterit ob hanc iniuriam, quae matrimonio contraria est. Percedens tamen, & potest si damnium graue proli sequatur ex eius ingressu, sicuti notant praedicti Doctores. Sponsa vero qui copulam vt est nisi nullo modo potest religionem intrare reuente sponsa, quae ex parte eius matrimonium liberè consummatum est, ac proinde cessit iuri ingrediendi, vt bene aduertit Sanch. d. disp. 22. num. 6. & 8.

4. **I**n foro autem externo matrimonium consummatum censetur, quando sponsa non virgo tradita est in domum viri, praesumuntur enim se cognouisse, neque illis in contrarium creditur, etsi iurent. Argum. cap. super eo, de eo qui cognouit sanguinem, vxor, sicuti docent Bald. in leg. Dea nuptia in primis, numero 7. Cod. de Episcop. & Cleric. Hostiens. in summa de conuers. coniugat. num. 9. vers. quod si quis. Ancharan. in c. publico de conuers. coniugat. num. 3. Sanch. lib. 2. disp. 21. num. 1. & 2. Gutierr. c. 14. in fine. Si tamen virgo erat, & postmodum aspecta sic appareat, tamen in domum viri fuerit tradita, creditur matrimonium non consummatum, quia quilibet praesumptio cessat visu contrarium probante, vt bene relati Doctores docent.

5. **Q**uoad indissolubilitatem attingit nemini est dubium, matrimonium etiam non consummatum ex se vinculum esse perpetuum, ita vt libero contrahentium consensu nequeat dissolui, vt colligitur ex illo Genes. 2. Propter hanc rem quae homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suae, & erunt duo in carne vna. Et ex illo Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separaret. Et ad Rom. 7. Mulier viuenti viro alligata est legi. Et tradit Gregor. in c. fin. de conditionib. appost. Et Tridentin. sess. 24. in princ. de reform. matr. Et ratione ab incohaerenti conuincitur. Si enim matrimonium libero contrahentium consensu contrahi, & solui posset sicut alij contractus, multum fornicationis facile quod vitare posset accedens ad propriam, quam vt talem solum pro eo tempore accepit. Quod nullatenus est dicendum. Est igitur omnino certum, & omnium sententia firmatum quodcumque matrimonium indissolubile esse.

6 Quo autem iure haec habeat indissolubilitatem? Variant Doctores. Nam alij haec indissolubilitatem asserunt provenire ex Divina institutione positiva, alij partim ex Divina institutione, partim ex iure naturali, alij ex solo iure naturali. Sed matrimonij fidelium indissolubilitatem concedunt, tum ex Divina lege, tum ex significatione, quam habet unio- nis hypostatica Verbi cum carne assumpta. Quas omnes sententias late refert Sanch. lib. 2. disputat. 13. à num. 4. Basil. Ponce de matr. lib. 1. c. 12. per totum. Gutier. c. 53. Coninch. disputat. 26. Aub. 2. Ex his sententiis ea semper mihi probabili- or fuit, quae haec indissolubilitatem ex iure naturali affir- mat. matrimonium convenire, quod docuerunt Couarua. 2. p. decem. c. 7. §. 3. numero 5. Vignierus in institut. Theolog. c. 16. §. 7. vers. 9. Cordub. lib. 1. qq. quest. 25. §. secunda opinio. Perr. de Ledem. de matr. quest. 67. artic. 1. dub. 1. Ioann. Azor. tit. 1. institut. moral. lib. 6. quest. 3. in fine. Ioann. de Salas de legib. disputat. 5. sect. 8. in fine. Gab. Vazq. disputat. 1. de matrim. c. 2. numero 17. Et disputat. 2. cap. 7. Basil. Ponce lib. 1. de matrim. cap. 13. per totum. Bellam. lib. 1. de matrim. cap. 12. Rebell. lib. 2. de obligation. iustit. lib. 2. quest. 15. sect. 1. Gaspar Hurta- do, disputat. 8. de matrim. difficult. 2. à numero 4. Paul. Lay- mann. lib. 5. tract. 10. p. cap. 6. quest. 1. concl. 2. Moucor, quia matrimonium ex sua natura ordinatur, tum ad coniugum mutuum amorem fovendum, tum ad prolem generandam, illamque bene instituendam, quae sine dubio ex se perpetuitatem exigunt, ideoque Deus rerum omnium Dominus, cum à principio concessit mutuum corporum traditionem ad coniugalem vnum, non aliter concessit, quam perpetuum vt- pote convenientem ad consequendos fines in coniugio in- tentos. Haec tamen concessio, & institutioni non obest, quod aliquando ob aliquam gravem causam permiserit Deus vinculum matrimonij dissolvi, sicut in lege scripta factum est Iudeis permittens libellum repudij, & in lege Evangelica concedit in fauorem fidei matrimonij infidelium dissolvi, & matrimonium rata fidelium in fauorem status religionis. Haec namque solubilitates extrinsecæ sunt, neque naturam coniugij mutant, sicuti non mutat perpetuitatem status religiosi, quod possit aliquando solui. Quapropter perpetuas intrinseca matrimonij aequè matrimonio rato, ac consummato com- petit, & aequè matrimonio infidelium, ac fidelium. Sed hanc perpetuitatem sola matrimonia fidelium consummata integrè retinent, reliquorum verbò matrimoniorum perpetuitas fauore fidei, vel religionis suspenditur.

§. II.

An ex dispensatione Pontificis matrimonium dis- solui possit?

- 1 Matrimonia consummata fidelium, & quilibet infidelium solui non possunt.
- 2 Phœs Doctores affirmant matrimonium vacuum fidelium solui ex Pontificis dispensatione posse.
- 3 Verior est opposita sententia.
- 4 Satisfundamentis num. 1. adductis.

1 Conueniunt omnes Catholici matrimonia consum- mata fidelium nullam ob causam solui à Pontifice posse; quia nullibi inuenitur hæc concessa facultas, neque expediebat concedi, vt sic aliquo matrimonio significaretur aptius, & perfectius vnio Christi cum Ecclesia per carnem assumptam, quam nunquam dimittit. Deinde conueniunt, ma- trimonia infidelium sive consummata, sive non dissolui à Pon- tifice non posse, eo quod Pontifex nullam extra Ecclesiam potestatem habeat. De illis verò conuersis, qualiter eorum ma- trimonium dissolui possit, inferius dicemus.

Quocirca conuersionis inter Doctores versatur circa ma- trimonium ratum fidelium an ex Pontificis dispensatione solui possit? Affirmat Caieran. 1. 1. opuscul. tract. 28. quest. vni- ca, Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 21. Henric. lib. 1. cap. 8. numer. 11. Nauarr. cap. 2. numero 2. Sanch. lib. 1. disp. 14. numero 2. Lessius, lib. 2. c. 40. num. 146. Gutier. ex parte lib. 1. canon. qq. c. 12. Et de matr. c. 5. num. 3. Hurtado disp. 8. de matr. difficult. 3. num. 11. Gab. Vazq. 1. 2. disp. 165. c. 7. Moucor, quia matri- monium ratum fidelium non significat vnionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam, sed per gratiam, quae sæpè in hominibus dissoluitur. Neque de hoc matrimonio, sed de ma- trimonio consummato dictum est à Christo Domino Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separet. Nulla igitur cau- sa est, ob quam credi non possit Pontifici relicta esse potestatem prædictum matrimonium dissoluedi; maxime cum hæc dissolutio paci, & tranquillitati Reipublicæ sæpè neces- saria sit. Quippe solet matrimonium primò contrahi secre- to, & eo non obstante publicè celebrari secundum, & consum- matis quo casu si Pontifex non dispensat, graues iixæ, dissen- siones, & odia nascuntur. Vt ergo iis omnibus remedium ad- hibetur, dissoluit Pontifex matrimonium ratum, & cogit in secundo consummato persistere, vt sæpè fecit Antonin.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

3. p. tit. 1. c. 21. §. 3. Nauarr. c. 22. n. 25. Henric. lib. 1. c. 8. n. 11. Affirmare autem in re tam graui Pontificem erratum valde temerarium est, vt inquit Valen. 3. p. disput. 10. quest. 1. p. 7. Quod si roges ex qua causa possit Pontifex hanc dis- solutionem matrimonij concedere? Responder Sanctus, & ferè omnes alij Doctores eam sufficientem esse, si graues dis- cordiæ, & iixæ inter coniuges, vel consanguineos timerentur, vel si mutua cohabitatio esse non posset, eo quod vnus est le- pra affectus, vel sterilitas.

Ceterum est prædicta sententia probabilissima sit, verio- rem ex illino, quæ Pontifici negat hanc facultatem, quam doc- cent ferè omnes Theologi, specialiter Scotus in 1. disp. 31. q. 1. vers. tertio. Bonauent. disp. 27. art. 3. quest. 2. Victor. de ma- trim. in sum. num. 281. Dominic. Sor. lib. 7. de iust. quest. 2. ar- tic. 5. vers. & licet peregrè, Et in 4. d. 27. quest. 1. art. 4. Gregor. de Valen. in 1. 1. disp. 10. quest. 1. p. 7. Basil. Ponce, lib. 9. c. 3. n. 3. Ducor hac ratione, cum matrimonium sive ratum, sive con- summatum iure Diuino, & naturali indissolubile sit, nequit nisi Deo concedente dissolui, vt expressè decidit Innocent. III. in c. ex parte. de conuers. coniugar. Ex quo matrimonium inter legitimas personas contrahitur in nullo casu illis viuentibus dissolui potest, nisi fortè secus fuerit ex reuelatione Diuina. At neque ex Ecclesiæ traditione, neque ex vllò textu constat Deum Pontifici concessisse facultatem, ergo asserenda non est. Id ipsum probatur ex cap. hi qui matrimonium 12. q. 7. vbi Ni- colaus Papa inquit? Ob suorem, amentiam, aliamve infirmita- tem superuenientem coniugis solui non possunt. Nec valet dice- re loqui Pontificem de coniugis consummatis, quia nullum est verbum, quo id indicetur. Præterea si in fauorem status clericalis, & cœlibatus nequit Pontifex matrimonium fide- lium ratum dissoluerè, quomodo ob sedandas inimicitias, ob vitandam sterilitatem, aliæque minora mala hæc fa- cultas censenda est concedi? Adde omnino argumenta quibus Doctores oppositæ sententiæ mouentur ad asserendam hanc potestatem in matrimonio rato procedunt in matrimonio consummato. Si igitur in consummato matrimonio denegatur hæc potestas, etiam in matrimonio rato denegari debet. Vt ergo assumptum probe mus, satisfaciemus sigillatim præ- dictis, funda mentis.

Ad primam. Satis dubium est matrimonium ratum fide- lium assumptum non esse ad significandam vnionem Verbi cum natura assumpta; potest enim hanc significare, sicut in plurium Doctorum sententia eam vnionem significat ma- trimonium infidelium consummatum, quinimo matrimo- nium in sua primæua institutione. Sed non obinde conuin- citur in nullo casu solui posse, sed solum à posteriori, & tan- quam à signo conuincitur ex se indissolubile esse. Sed demus matrimonium ratum assumptum non esse ad significandam vnionem Christi cum natura assumpta, sed vnionem Verbi cum fidelibus per gratiam, inde solum sit matrimonium ra- tum solui aliquando posse, scilicet religionis ingressu, Dei- que dispensatione, non tamen ex dispensatione Pontificis. Ad secundam nego verba illa Christi Matth. 19. Quos Deus con- iunxit homo non separet, non esse intelligenda de matrimonio rato. Sunt etenim, est principaliter de matrimonio consum- mato intelligantur. Nam vt ex contextu constat Christus Do- minus voluit libellum repudij, & polygiam plurium vxor- um Iudeis permittit auctore, & matrimonium in primæuum suam statum reducere, vt constat ex illis verbis. Non legitis quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos, & propter hanc reliquit homo patrem, & matrem, & adhaeruit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Ex quo Exemplo concludit. Quos Deus coniunxit homo non separet, vt ritus prosequitur Basil. Ponce, lib. 1. cap. 4. à numero 4. Non igitur ex significatione vnionis hypostaticæ, sed ex na- tura primæua matrimonij statuta est à Christo eius indissol- ubilitas. Ad tertium dico, si ob vitanda aliqua inconuen- ientia fatendum esset pontificem potestatem habere dissol- uendi matrimonium ratum, cum ferè eadem inconuenientia ex matrimonio consummato sequi possunt, vt expenden- ti facile constabit, affirmandum esset circa matrimonium consummatum eadem potestate gaudere. Cum ergo circa matrimonium consummatum nullus affirmet, neque de ma- trimonio rato asserenda est. Quarium probat maxime pro- babilitatem illius opinionis, cui Pontifices adherentes sæpè in matrimonio rato dispensant. Inde tamen non conuincit- tur omnino esse certum Pontificem hac gaudere potestate, sed solum esse valde probabile: quippe hæc probabilitas suffi- cit, vt Pontifices dispensando securè, tutè que conscientia pro- cedant, nullumque errorem in praxi committant, tametsi spe- culatiuè loquendo errent, quod non est inconueniens; cum error non sit de iure, sed de facto, & non communi, sed par- ticulari.

H Qualiter

§. III.

Qualiter matrimonium infidelium solui possit?

- 1 Durante vtriusque infidelitate solui nequit.
- 2 Si vterque ad fidem conuertatur, et si aliqui probabiliter censent eorum matrimonium solui posse ex Pontificis dispensatione. Verius est oppositum.
- 3 Si vnus infidelis ad fidem conuertatur alio renuente conuerti, triplici in eueniu coniugium dissoluitur.
- 4 Aliqui censent eo ipso, quo vnus ad fidem conuertitur, alio renuente conuerti, dissolui coniugium.
- 5 Verius est non dissolui, quousque fidelis secundum matrimonium contrahat.
- 6 Fit satis fundamento nam. 4. adducto.
- 7 Vt fidelis conuersus licite secundum matrimonium ineat, debet ei constare infidelem nolle conuerti.
- 8 Si infidelis non discedit à fideli, nec eius cohabitatio cedit in contumeliam Creatoris, affirmant plures non posse fidelem dissolueri matrimonium alio inito.
- 9 Verius est oppositum.
- 10 Satis fundamentis contrariis.
- 11 Matrimonium fidelis conuersi Ordine assumpto, non dissoluitur.
- 12 Item nec professione religionis dissoluitur tamen si contrarium censent Sanch.
- 13 Dissoluto matrimonio à fideli aliqui negant posse infidelem licite aliud matrimonium intrare.
- 14 Verius est posse valde, et licite.

Matrimonium infidelium durante vtriusque infidelitate, tamen consummatum non fit, nullatenus solui potest. Quia nec solui potest auctoritate Principis, cui infideles subiciuntur, cum in dissolutione matrimonij nullam à Deo potestatem acceperint, neque item auctoritate Pontificis, cum eius potestas extra Ecclesiam non extendatur.

Si verò vterque ad fidem fuerit conuersus, aliqui nec improbabiler censent eorum matrimonium etiam consummatum auctoritate Pontificis dissolui posse causa iusta intercedente: sic docuit Nauarr. lib. 3. constit. de conuers. infidel. conf. 4. alius 3. in solut. ad 1. dub. num. 12. Sanch. lib. 2. disp. 17. num. 2. Et mouentur, quia matrimonium infidelium etiam consummatum cum Sacramento non fit, non habet eandem firmitatem, ac matrimonium ratum fidelium, vt colligitur ex cap. fin. 28. quæst. 1. Et ex Innocent. III. cap. quanto de Diuor. vbi inquit matrimonium infidelium insolubile esse, quia est Sacramentum. Cum ergo infidelium matrimonium Sacramentum non fit, non sic erit insolubile. At matrimonium fidelium ratum solui potest auctoritate Pontificis iuxta probabilem opinionem, ergo etiam solui poterit matrimonium infidelium etiam consummatum. Sed oppositum verius, & probabilius est, sicuti ex communem sententia restatur Azor. 2. part. lib. 5. cap. 2. §. His postis, Egid. Coninch. disp. 26. dub. 5. num. 66. Basill. Ponce. lib. 9. cap. 4. num. 15. Nam matrimonium solui non potest nisi in casibus à iure expressis, vt inquit Panormit. in cap. ex parte de conuersione coniugate. vers. Nos autem. At nullibi est expressum matrimonium consummatum fidelium solui posse: illud autem matrimonium etiam in infidelitate fuerit contractum, iam est matrimonium fidelium, & consummatum, nulla ergo via solui potest. Neque obest, quod Sacramentum non fit, nam esto id admittamus, quod plures negant post vtriusque conuersionem, non inde efficitur solubile esse, cum nullus iam à iure casus, in quo à Christo solutio concedatur: conceditur autem prædicto matrimonio casus, quo coniux vnus ad fidem conuertatur alio renuente conuerti, in quo à matrimonio, quod est Sacramentum differt.

Quod si vnus infidelis ad fidem conuertatur alio renuente conuerti, coniugium quoad vinculum dissoluitur triplici in eueniu. Primo, si infidelis non ob aliam causam legitimam, quam quia alter conuersus ad fidem est, discedat nolitque cum fideli habitare, habetur expressè in capit. simili modo. Capit. si vxor. 28. quæst. 1. Cap. quanto. Et cap. gaudemus de Diuor. Secundo: si velit habitare contumeliam tamen creatori irogans, quod præstat, si nomen Christi despiciat, eius laudes prohibet, conuersionem domesticorum impedit, vti decidit cap. infidelis 28. quæst. 2. Et dicto cap. simili modo. Cap. quanto. Et cap. gaudemus. Tercio si infidelis incitat fidelem ad aliquod peccatum committendum; quia tunc etiam indirectè Creatori irogatur iniuria, vt colligitur ex cap. idololatriæ Cap. non solui. Cap. si vxor. 28. quæst. 1. Et cap. quanto, Et cap. gaudemus de Diuor. In his igitur euenibus ex Christi dispensatione à Paulo promulgata 1. Corinth. 7. matrimonium dissoluitur, inquit enim Paulus. Quod si infidelis discedat, discedat: neque enim seruimus (id est con-

iuigij vinculo, quod seruitutem vocat) subiectus est soror, aut frater conuersus, quin possit ad alia vora transire: discessio autem infidelis physica, & moralis esse potest, & de vtriusque Paulus locutus est, vt constat ex retribus allegatis. Discessio physica contingit, si nolit infidelis cum fideli habitare: moralis, si nolit habitare pacificè, sed Creatori irogans contumeliam, cum enim Ecclesia potestatem non habeat coercendi infidelem, meritò fidelem ab eius seruitute liberat.

Sed an eo ipso, quo alius ad fidem conuertitur, alio conuerti renuente dissoluitur coniugium? Non est constantis Doctorum sententia. Nam Glossa in cap. quanto de Diuor. Et ibi Panormit. num. 6. & 7. Et in cap. gaudemus eodem. num. 15. Richard. in 4. dist. 39. art. 2. quæst. 2. Angel. verbo Matrimonium 3. num. 3. Rodrig. 1. tom. sum. cap. 250. affirmant, & videtur colligi ex Paulo 1. Corinth. 7. affirmante ob discessum infidelis fidelem coniugij vinculo subiectum non esse, ergo à puncto discessionis solutus fidelis est. Et forte ob hanc causam dictum est in cap. infidelis 28. quæst. 2. contumelia Creatoris soluit ius matrimonij in eo qui relinquitur. Ratione verò probari hæc sententia potest, quia matrimonium à fideli relicto contrahi valide non potest priori matrimonio cum infideli non dissoluto. Cum igitur à puncto discessionis infidelis possit fidelis validè nouum matrimonium contrahere, necessariò dicendum est ab eo puncto matrimonium esse dissolutum.

Cæterum omnino dicendum est, prædictum matrimonium non dissolui, nisi fidelis secundum contrahat. ab eo enim puncto, & non antea, quo fidelis secundum matrimonium contrahit, primum dissolutum est. Sic D. Thom. in 4. dist. 39. quæst. 2. art. 2. Paludan. ibi quæst. 1. art. 2. conclus. 3. Maior quæst. unica. Sotus quæst. unica art. 4. Syluest. verb. Matrimonium 8. quæst. 10. casu 6. Arilla eodem num. 63. Gregor. de Valent. disp. 10. quæst. 1. punct. 7. Coninch. disput. 26. n. 63. Sanch. lib. 7. disput. 75. num. 4. Rebell. 2. part. de obligation. iustit. lib. 3. quæst. 10. sect. 2. Basill. Ponce. lib. 7. cap. 48. num. 17. Et lib. 9. de matrim. cap. 4. num. 17. Gaspar Hurtado, disp. 8. de matrim. dist. 13. num. 28. Et colligitur apertè ex cap. gaudemus de diuor. vbi Innocent. III. inquit. Quod si conuersus ad fidem ex illa conuersa sequatur, antequam per causas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellatur. Si igitur post conuersionem ad fidem compellendus est fidelis recipere uxorem denud conuersam, si matrimonium nondum est contractum, manifestè inseritur vinculum primi matrimonij solutum non esse. Nam esso Glossa dicto cap. respondeat in fauorem fidei matrimonium dissolutum restitui iure postliminij, id verum esse non potest, cum matrimonium non nisi contrahentium consensu libero perficiatur: conuersus ad fidem absque nouo consensu compellitur uxorem denud conuersam recipere, si aliud matrimonium denud contractum non sit.

Ad fundamentum oppositum respondemus; fidelem conuersum, alio in infidelitate perseverante, subiectum non esse matrimonij vinculo, non quia matrimonij vinculum solutum sit, sed quia eo non obstante nec tenetur cum infideli cohabitare, neque impeditur à nouo matrimonio contrahendo. Et in eo sensu dictum est in cap. infidelis contumeliam Creatoris ius matrimonij solueri. Ad rationem autem dico secundum matrimonium contrahi non posse, nisi primo dissoluto; quo dissolutio, cum secundum contrahitur sicuti introductione formæ substantialis denud aduenientis, præcedens expellitur.

Vt autem fidelis conuersus licite possit secundum matrimonium intrare, debet constare infidelem nolle conuerti, quia non alià viâ hoc illi priuilegium conceditur, nisi quatenus infidelis ab eo discedit. Quapropter si commode fieri potest, debet prius moneri, & consulum est, esto non necessarium, vt monitio coram testibus, & auctoritate Iudicis fiat, vt non solum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori constet de obstinata infidelis voluntate, vt latius profertur Sanch. lib. 7. disp. 74. à num. 11. Basill. Ponce. falso referens Sanch. pro contraria sententia, lib. 9. cap. 4. num. 22. Coninch. disp. 26. dub. 5. num. 62. & colligitur apertè ex litteris Pij 7. relatis à Sanch. Et ex litteris Gregor. XIII. quas Basill. refert.

Sed quid si infidelis non discedit à fideli conuerso, neque eius habitatio cedit in contumeliam Creatoris, aut est occasio, & incrementum alicuius peccati, poterit tunc fidelis conuersus dissolueri matrimonium alio inito? Affirmant Henric. lib. 11. cap. 8. Rebell. 2. part. de obligat. iustit. lib. 3. questio. 10. sect. 2. Sanch. lib. 7. disputat. 74. vbi plures referunt. Coninch. disput. 26. dub. 5. num. 62. Mouentur tamen quia esto primis Ecclesiæ temporibus posset infidelis cum fideli habitare absque contumelia Creatoris, vel petractione ad peccatum, quinimo cum probabili spe conuersionis, ideoquò dixit Paulus mulierem infidelem sanctificatam esse per vitam fidelem, & contra, hoc est dispositum sancti Hieron. Arii præsertim tempore, quando infidelium animi sic obstinati sunt, vt ferè nulla subit spes conuersionis, eorum habitatio cedit

in contumeliam Creatoris, & moraliter incitat suo exemplo coniugem, & domesticos ad peccatum. Ergo potest fidelis eo relicto matrimonium inire, quia verè infidelis moraliter discedit. Et confirmari potest ex Concilio Tolet. IV. can. 62. prohibente, ne vxor Iudæa ad fidem cõuerfa cum viro Iudæo in infidelitate permanente habitet: quod decretum ad omnes fideles conuersos ex quacunque secta extendi fignarunt plures Doctores, quos refert, & sequitur Basil. Ponce, lib. 9. cap. 4. num. 10. Sanch. lib. 7. disp. 73. à n. 7. & seqq. Quod si fidelis nequit cum infideli habitare, iam cogitur recedere, & consequens videtur priuilegium à Paulo concessum sibi competere.

9 Ceterum verius existimo in prædicto casu fidelem conuersum non posse aliud matrimonium inire: quia hæc potestas dissolucandi coniugium conceditur fidelis ex eo præcisè, quod infidelis discedat, vt constat ex verbis Pauli sapienter relatis. At ex eo præcisè, quod in sua infidelitate perseverare velit, non inferitur quod discedat nec physicè, nec moraliter irrogando Creatori contumeliam, aut coniugem petrabendo ad peccatum, vt ex eodem loco Pauli satis colligitur, dum conuult, ne fidelis infidelem dimittat, si infidelis velit pacifice cum eo habitare, sanctificatus est enim, &c. Supponiturque in cap. quanto. Et cap. quædamus, de Diuortijs. Quapropter nisi verbis, aut frequenti vfu suæ perfidie censeatur moraliter coniugem, aut filios ad infidelitatem petrabere, nullatenus censeo fidelem posse aliud matrimonium inire, tamen non teneatur cum infideli habitare: sic docent Syluest. verb. matrimonium 8. quæst. 10. dist. 6. Nauar. cap. 22. num. 49. Valen. de matrim. disp. 10. quæst. 1. par. 7. circa princ. Tolet. lib. 7. sum. cap. 7. n. 3, & alij plures relati à Sanch. lib. 7. disp. 74. num. 8.

10 Argumentis in contrarium respondeo, non solum primis illis Ecclesiæ temporibus, sed etiam in presenti posse fidelem cum infideli habitare absque morali periculo peruersionis, sed potius cum spe fructus, vt in India, & Ethiopia contingit. Neque decretum illud Concilij Toletani vniuersale fuit, seu prouinciale suam diocesim attingens, neque omnes ad fidem conuersos spectat, sed solum conuersos ex Iudaismo, imo neque hos, sed solum vxores in quibus ob subiectionem viri erat speciale periculum. Adde, esse omnibus conuersis ellet hæc communicatio interdicta, non inde inferitur infidelem discedere sed discedere fidelem non ob infidelitatem alterius, sed ob singulare præceptum sibi impositum: quod cum per accidens sit, ius dissolucendi coniugium non concedit.

11 Superest tamen duplex difficultas: Prima, an prædictum matrimonium fidelis conuersi solui possit Ordine sacro assumpto, vel professione in religione emissa? Supponimus non posse fidelem hos status assumere, quin ei de infidelis oblatione constet: quia vsque infidelis discedat, non habet ius fidelis conuersus statum diuersum assumendi, vt optimè ex communi sententia tradit Sanch. lib. 7. disputat. 76. numero 1. & seqq. Quod si infidelis motus conuersionem respiciat, poterit conuersus fidelis ad Ordines, & Religionem transire, illis vero assumptis etiam postmodum infidelis conuertatur, non est ei fidelis conuersus restituendus, vt notauit Sanch. dicta disputat. 76. num. 6. Egid. Cominch. disputat. 26. dub. 1. num. 62. quia iure, & legitime statum incompatibilem assumpsit, sicut fit celebrato diuortio innocens ad religionem, vel Ordines transierit. Placet tamen mihi quod inquit Sanch. dicta disputat. 76. num. 7. si tempore conuersionis infidelis primo conuersus nondum professionem emisisset, sed solum habitum assumpsisset esse infideli conuerso restituendum; quia nondum assumpsit statum incompatibilem, & causa diuortij omnino cessat. Hoc supposito. Etsi aliqui Doctores non infimè notè censeant Ordine sacro assumpto vinculum matrimonij in infidelitate contractum dissolui: at communis sententia oppositum verissimè firmat, vt videtur apud Sanch. d. disputat. 76. circa finem: quia nullibi inuenitur hoc priuilegium statum clericali concessum maxime cum matrimonium ratum fidelium eo statu assumpto non dissoluatur.

12 Professione, autem religionis pluribus relatis probat Sanch. d. disputat. 76. num. 9. dissolui, & præcipue ratione morus, quia professio religionis soluit matrimonium ratum fidelium, quod est vinculum fortius, & efficacius, cum sit non solum contractus, sed Sacramentum, ergo dissoluit matrimonium consummatum infidelium, Argum. Textus in leg. de accusacionibus. 14. ff. de diuers. & tempor. præscrip. Qui enim vincit vincenem, vincit vicium.

Sed verius oppositum existimo cum Abulens. 1. Reg. cap. 8. quæst. 63, & 74. Coninch. disp. 26. dub. 1. num. 65. Basilio Ponce, lib. 9. cap. 4. num. 19. Gaspar Hurtado de matrim. disputat. 8. difficult. 14. num. 52. eo quod dissolucio matrimonij fieri non potest nisi ex Diuina concessione. At nullibi inuenitur concessum professione religionis dirimi matrimonium consummatum infidelium. Nam esto matrimonium contracto dirimatur id prouenit, ne coniux conuersus cogatur vel cœlibem vitam degere, vel habitare cum infideli obstinato, & periculum

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. P.

peruersionis inducente, reddaturque ei conuersio onerosa. Quæ ratio omnino cessat religione assumpta, cum iam ipse liberè assumat vitam cœlibem. Non igitur ex priuilegio concessio dirimendi matrimonium alio matrimonio assumpto inferri potest dirimi religionis professione. Neque item censenda est hæc dissolucio concessa ex concessione dissolucionis matrimonij rati fidelium. Tum quia est casus diuersus. Tum quia non militat eadem ratio; aliàs sicut potest fidelis non obstante matrimonio rato ad religionem transire, poterit etiam infidelis conuersus post matrimonium consummatum, tamen si alius conuertatur, quod merito ipsemet Sanch. disputat. 76. n. 3. & 7. negat. Quare lex illa de accusacionibus, intelligenda est de casibus iure ordinario, & naturali contingentibus, non de iis, quæ à iure positivo, & extraordinario proueniunt.

Secunda difficultas est, An dissolucio matrimonij à fidelis conuerso possit infidelis non solum validè, quod certum est, sed licitè aliud matrimonium inire? Negat D. Thom. in 4. d. 37. quæst. 2. art. 4. ad 3. Bonauent. ibi art. 2. quæst. 2. Turcremata in cap. simili modo 28. quæst. 2. ad 3. argument. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 4. num. 25. Plures relati à Sanch. disputat. 77. num. 3. & 4. Ex his Authoribus alij censeat non posse infidelem contrahere nouum matrimonium, nisi conuertatur, bene tamen subsequente conuersione, alij vero censeat etiam post conuersionem indigere dispensatione. Ducuntur, quia infidelis renuens conuerti peccat in Deum, & in matrimonium, vt dixit Ambros. cap. si infidelis. 28. quæst. 2. merito ergo non iure Ecclesiastico, sed Diuino acceretur à nouo coniugio contrahendo.

Reclius tamen Glossa in cap. fin. 28. quæst. 2. verbo, & in matrimonio. Durand. in 4. d. 39. quæst. 2. numero 25. Abulens. 1. Reg. 8. quæst. 1. 17. Henuq. lib. 1. cap. 8. num. 15. Et alij relatis Sanch. lib. 7. disp. 77. num. 6. Gaspar Hurtado disp. 8. difficult. 13. in fine, censeat licitè posse infidelem obstinatum dissolucio iam matrimonio à fidelis aliud matrimonium inire. Quia nullo Textu, nec ratione firma ostendi potest ademptam illi esse hanc potestatem. Si enim mortuo fidelis coniuge omnes fatentur posse nouum matrimonium inire, etiam poterit illud inire dissolucio coniugio per aliud matrimonium à fidelis inicum; quæ enim, ac per mortem dissolutum est.

§. IV.

Qualiter matrimonium fidelium solui possit?

- 1 Ordine sacro assumpto matrimonium etiam ratum fidelium non soluitur, sed solum professione Religionis.
- 2 Professionem solemnem dirimere ex se matrimonium ratum affirmant aliqui.
- 3 Alij censeat ex iure Diuino positum.
- 4 Reuellitur prædicta sententia.
- 5 Adstruitur sola auctoritate Pontificis à Christo accepta dirimi matrimonium ratum professione Religionis.

Diximus superius matrimonium consummatum nulla via solui posse, neque etiam ratum ex dispensatione Pontificis. Superest verò dicendum, an solui possit Ordine sacro assumpto, vel professione Religionis, & quo iure soluat? Conueniunt omnes, Ordine sacro assumpto matrimonium etiam ratum non solui, vt videtur est apud Sanch. lib. 1. disputat. 18. num. 9. Gutier. cap. 54. de matrim. num. 6. & deciditur in extrauag. Antiqua. Ioann. XXII. de Voto. Econtra verò professione Religionis dirimi matrimonium ratum omnes Catholici firmant, decisumque est in cap. desponsatum. 27. q. 2. cap. decreta legitima eadem causa, & q. & ex publico. Cap. ex parte tua de conuers. coniugat. extrauag. Antiqua. Ioann. XXII. de Voto. & in Trident. sess. 24. can. 6. ibi: Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem professionem alterius coniugis non dirimi, anathema sit. Quocirca emissione votorum, quibus nec solemnis professio constat, nec verum Religiosum constituunt, nequaquam matrimonium ratum soluitur, vt constat ex suprad. extrauag. Antiqua de Voto. Et tradit Sanchez, & Gutier. supra. Vnde vota emissa à quibusdam tertij Ordinis D. Francisci, & Dominici, quæ solemnitas non sunt, nec Religiosum proprie constituunt, nequaquam matrimonium ratum valent dissolueri. Secus de iis qui in communi viuunt, & veram emittunt professionem, vt benè aduertit Sanch. dicta disputat. 18. num. 4. Gutier. cap. 54. num. 2. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 8. De votis religiosorum ordinum militarium Sancti Iacobi, Alcantaræ, Calatauzæ, qui nec viuunt in communi, neque illis excluduntur à coniugio, satis certum videtur matrimonium non solui, cum matrimonium consistere possit cum eorum professione. Solum de Equitibus professis in Ordine Sancti Ioannis est controversia, an eorum professio matrimonium ratum dissoluat: Qui censeat eorum professionem veram, & propriam statum religiosum non constituere, consequenter negabunt dissolui, sicut docuit Dominie. Notus in 4. d. 27. quæst. 1. art. 4. vers. Quocirca.

H. 2. Et

Et lib. 7. de iustit. & iure, g. 5. art. 3. ad 3. Sacramento, lib. de red-
ditib. Ecclesiast. 3. p. c. 1. num. 13. At cum communis sententia
merito defendat hos Equites verè Religiosos esse, & ex alia
parte eorum votum castitatis cum matrimonij usu non posse
subsistere, consequenter affirmat eorum professionem ma-
trimonium ratum dissolvere: sicut docent Nauart. lib. 3. Con-
sist. sit. de conuers. coniug. cons. 1. alias 2. Henric. lib. 1. de matr.
c. 8. num. 6. Coidub. in sum. quæst. 178. Barbosa Rubrica ff. so-
luto matrimonio. 2. p. num. 82. Sanch. lib. 2. disp. 13. num. 8. Gu-
tier. c. 54. n. 7. Basil. Ponce, lib. 9. c. 7. n. 3. Azor. 1. lib. 13. cap.
6. quæst. 4.

2 Sed quo iure professio solemnium matrimonium dirimat,
variant Doctores, vt videre est apud Sanch. lib. 2. disputat. 19.
per totam. Nam aliqui affirmant professionem ex se hanc
vim dissoluedi matrimonium habere, vt pote quæ constituit
statum perfecti orem, & cum matrimonio repugnantem, &
ex alia parte est mors spiritualis iuxta illud Pauli ad Colossens.
3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Chri-
sto in Deo. Ergo potens est dirimere matrimonium carna-
le saltem ratum. Sic docent D. Thom. in 4. d. 27. quæst. 1. art. 3.
quæst. 2. corp. Richard. eadem d. art. 2. q. 2. Durand. quæst. 2.
num. 9. Bellarm. lib. 2. de monachis, cap. 38. Couaruu. 4. de-
cret. 2. part. c. 7. §. 4. num. 7. & alij relati à Sanch. dicta disp. 19.
num. 1.

Verùm hæc sententia nullo firmo fundamento nititur, nam
si ob perfectionem status, & quia est mors spiritualis haberet
professio vim dirimendi matrimonium ratum ex natura sua,
& consummatum dirimeret, eademque efficacia concedenda
esset statui clericali, & episcopali, quoniam tamen nullus
ex supradictis Doctoribus audeat admittere, Ratio verò à prio-
ri est manifesta; nam professio religiosa consistere potest cum
matrimonio non solum rato, sed consummato, vt contingit
cum ex consensu coniugis, vel diuortio facto alter proficitur.
Sunt enim traditiones diuersæ. Ergo ex natura rei, & seclula
Christi, & Ecclesie influentione, nequaquam professio ma-
trimonium ratum valet dirimere.

3 Secunda sententia attribuit professioni hanc vim dissol-
uendi matrimonium ratum ex iure Diuino positio, credit
enim Christum Dominum statui religioso hanc vim concessisse:
sic docent plures relatis Sanch. lib. 2. de matr. disp. 19.
n. 3. Gutier. lib. 1. canon. g. cap. 17. num. 26. 35. & 43. Et de ma-
trim. cap. 54. numer. 8. Basil. lib. 9. capit. 5. Ducuntur, quia nullo
positio, & Ecclesiastico iure inuenitur concessum professioni
religiosæ, vt matrimonium ratum dirimat, sed omnes Textus
de hac materia loquentes supponunt aliunde concessum,
scilicet à Christo Domino, à quo hæc traditio in Ecclesia de-
riuaa censetur. Vt videre est in cap. desponsatum. 26. quæ-
stion. 2. ibi enim (inquit Eusebius Pontifex) desponsatum præ-
lato non licet parentibus alij viro tradere; licet tamen illi mo-
nasterium si voluerit eligere, hæc enim iuris statui declaratio
fuit, & non illius prima constitutio. Idem constat ex cap.
ex publico de conuers. coniug. vbi Alexand. III. ex sacri elo-
quij interpretatione hanc efficaciam deducit. Et Innocent.
III. in cap. ex parte eodem tit. inquit. Quod etsi possit non in-
consulendo videri, quod ex quo matrimonium inter legitimas per-
sonas per verba de presenti contrahitur, illis viuens in
nullo casu possit dissolui, vt viuente reliquo alter ad se-
cunda vota transiret, etiam si vnus fidelium, inter quos
est ratum coniugium feret hæreticus; & nollet permanere cum
altero sine contumelia Creatoris, nisi forte secus fieret ex reue-
lacione Diuina, que superat omnem legem, sicut à quibus-
dam sanctis legitur esse factum. In quo decreto expendenda
sunt illa verba, in nullo casu, & illa, nisi ex reuelacione
Diuina. Idem traditur in c. verim, eodem tit. Confirmant
prædicti Doctores suam sententiam variis exemplis. Primò
exemplo Ioannis Euangelistæ, quem Christus Dominus ex
nuptiis ad Apostolum vocauit, teste Beda in præfat. in Euan-
gel. Ioan. Rygero. 2. lib. in Ioan. Antonin. 3. p. sum. tit. 1. Exp. 1.
Hæret. tit. 5. Tyra ad locum Ioan. de nupt. vbi inquit, dicitur
communiter, quod hæ nuptie fuerunt Ioannis, à quibus
eum Christus vocauit ante consummationem matrimonij, ex
hoc in Ecclesia obseruatur, quod ante carnalem copulam potest
licite inter coniugum intrare Religionem. Secundo adducitur
Tecla, quam ante matrimonium consummatum Paulus con-
uertit teste D. Ambrosio, lib. 2. de Virgin. b. parum à princ. Epi-
phanio hæret. 58. August. lib. 30. contra Faustum. Tertiò de Va-
leria refert Martial. ep. 1. 2. ad Tolosanos. c. 8. cum esset sponsa
Regis terrestris, facta est sponsa regis celestis per meam prædica-
tionem virginis aem mentis, & corporis Deo deuotens. Quarto
Iulianus Martyr ab Spona Basilisa separatus est, & monachus
factus, prout refert ex Metaphaste, Surius in eius vita mense
Ianuario. Quinto de Macario, Alexio, Cæcilia, Amnon & alijs
tradit Gratian. c. scriptis. 27. quæst. 2. Ratione vero sic suadet.
Dissoluit matrimonij rati esse non potest nisi à Christo
Domino immediate, vel eius auctoritate: at nullibi constat
Christum Dominum hanc auctoritatem dissoluedi ma-
trimonium per professionem religiosam Pontifici tribuisse,

potius quam per statum clericalem, aut ecelibatam. Ergo sa-
tendum est non à Pontifice, sed à Christo hanc prouenisse dis-
solutionem.

Sed neque hanc sententiam probandam cenfeo: nam
si Christus Dominus hanc efficaciam statui religioso concessisset,
cum statum hunc non solum professionem votorum solemnium,
sed etiam simplicium, & quæ ex voluntate Prælati dis-
solui possunt, constituat, vt definitum est à Gregor. XIII. in
bulla quæ incipit. Quanto fructuosius edita anno 1582. ex ha-
ius status assumptione matrimonium ratum dissoluetur: cum
solemnitas votorum solo iure Ecclesiastico introducta sit. Hæc
sequelam immèro concedit Basil. Ponce, lib. 9. cap. 6. Tum
quia Conc. Trident. sess. 24. can. 6. hunc effectum professioni
solemni attribuit, ibi: Si quis dixerit matrimonium ratum, &
non consummatum per solemnem Religionis professionem alie-
rius coniugum non dirimi, anathema sit. Cum igitur expres-
serit solemnem, tacite non solemnem excludit. Vide Ioan.
XXII. in extranag. Antiquæ de Voto, expresse dicit votis
simplicibus matrimonium non dirimi, & licet Innocent. III.
& alij Pontifices non expresse verbum solemne, sed so-
lum dixerint per professionem regularem matrimonium
solui, id factum est, quia eo tempore nulla erat professio
regularis, quæ solemnem non esset. Neque his adducantur
exempla illorum Sanctorum adducta. Non primum, nam
verius est Ioannem Euangelistam non adfuisse vt sponsum
in illis nuptiis Cana Galilææ, sed vt discipulum, vt optime
probat Cardin. Tolet. in cap. 2. Ioan. à num. 13. Cæsar Ba-
ronius tom. 1. annal. à num. 31. fol. 106. neque ex illis nup-
tijs ad Apostolum vocatus est, cum constet ex Matth. 4.
& Marci 1. ante illud tempus fuisse vocatum. Neque decebat
ex illis nuptiis, quas approbare intendebat sponsum ad se
vocare nuptijs dissoluit. Gratis verò concessio exemplo non
iude inferitur neque vinculum matrimonij solum esse, neque
Ioannem Euangelistam castitatis votum emisisse, neque
ex consensu alterius coniugis separationem non fuisse factam,
neque Christum Dominum usum non fuisse sua potestate
excellentiam absque eo, quod regulam in posterum ser-
uandam tradiderit. Secundo exemplum S. Teclæ non est ad-
rem, siquidem eius coniugium erat cum infideli, à quo esse con-
summatum esset merito potuit separari, præcipue cum venissi-
mile sit non potuisse cum eo habitare absque contumelia Crea-
toris, siquidem ab ipsomet sponso damnata fuit, feris, & igni
obiecta. Minus congruit tertio exemplum de Valeria, cum
ex consensu sponsi castitatem seruauerit, prout ipsemet Mar-
tial. citato loco refert. Et idem dicitur de Iuliano, &
Basilisa, cum satis probabile sit ex mutuo consensu se separasse,
& castitatem seruare voluisse, quod fieri poterat, est ma-
trimonium consummatum esset: neque ex illorum historia colli-
gigi potest vel vinculum matrimonij solum esse, vel ipsos
professionem non emisisse. Eadem responsio applicanda
est ad exemplum Amonij, Cæcilia, Macharij, & aliorum. Alex-
ius verò Romanus non ex consensu sponse se separasse,
sed discessit tamen ex Diuina reuelacione quæ superat omnem
legem, vt dixit Innocent. in cap. ex parte. De conuers. coniug.
neque ob illius discessum fuit matrimonium solum, vt satis
inducunt illa verba sponse, quæ post eius mortem prouitit
Tot annos propter te vixi solitaria, & hodie vidua relinquo.
Ad rationem verò adductam concedo ex nullo iure scripto
colligi posse, potius Pontifici concessam fuisse facultatem dis-
soluedi matrimonium ratum per professionem religionis,
quam per statum ordinis, aliumve perfectionem. Ex facto ta-
men ipso iuncta Ecclesie traditione satis colligi hanc pote-
statem statui religiosæ restitutam esse. Adde non videri im-
probabile culidit alteri statui perfectionis hanc vim dissol-
uendi matrimonium ratum concedere potuisse.

Supereft ergo dicendum professionem religionis hanc
vim dissoluedi matrimonium ratum habere auctoritate
Pontificis à Christo Domino accepta, quam auctoritatem
Pontifici communicatam esse ex traditione Ecclesie à tem-
pore Apostolorum collegimus, decebat namque Christum
Dominum suo Vicario relinquere potestatem instituendi ali-
quem statum perfectionis, quo matrimonium ratum dissol-
ueretur: cum enim certum ex fide sit professio religiosa ma-
trimonium ratum solui, probatumque est id non posse ex na-
tura professionis prouenire, neque etiam immediate ex insti-
tutione Christi, restat dicendum, vt proueniat ex institutio-
ne Pontificis per auctoritatem à Christo Domino accep-
tam. Præterea comperum est professionem religiosam
matrimonium contrahendum dirimere non ex iure Diuino
immediate, sed Pontificio prouenire, idcirco aliquando
contigit in Societate Iesu professionem religiosam vot-
orum simplicium non diremisse matrimonium contrahen-
dum, sed hanc vim habuisse à tempore Gregor. XIII. per ex-
trauagantem Ascendente Domino. Ergo neque ex iure Diuino,
sed Pontificio immediate habet quod dirimat matrimo-
nium contrahendum: cum enim facilius sit impedire effectum
contractus antequam fiat, quam eius natura dissolueret post-
quam factus est, vt docet Textus in cap. quem admodum, de
iuris

discutanda. Si igitur ex iure Divino dirimeret professio ma-
trimonium contractum, potius respectu contrahendi hanc
vim haberet, quam cum non habeat, sed solum ex iure Pon-
tificio adferendum est ex iure Pontificio provenire professioni
religiosae vim, & efficaciam matrimonium ratum dissolven-
di. Atque ita docent Hostiensis cap. ex publico verbo consumma-
tum de conuers. coniugat. Et ibi Ioann. Andr. n. 9. Anton. n. 16.
Archartan. repperr. super caput canonum, n. 28. de constit. Felin.
c. 16. n. 19. Gandavo quodlibet. 5. q. 35. Michael de Medina
lib. 1. de factor. homin. contin. c. 86. & seq. Leonard. Lessius lib. 2.
de iust. cap. 4. dub. 3. num. 69. Coninch. disp. 26. dub. 3. concl. 4.
n. 37. Gaspar Hurtado, disp. 8. de iust. 4. n. 17. Francisc. Suarez. 3. r.
de relig. lib. 9. c. 6. per totum, præcipue à num. 20. Paul. Layman
lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. cap. 6. n. 3.

§. V.

De tempore concessio coniugibus ad deliberandum
de Religionis ingressu.

- 1. Quis in hac parte iure decretum sit?
- 2. Bimestre concessum est ad ingressum in nouitium.
- 3. Potest Iudex compellere ingredientem, ut vel professionem fa-
ciat, vel ad coniugem reuertatur.
- 4. A quo puncto bimestre computandum sit?
- 5. Auctoritate Iudicis potest hoc bimestre arctari, vel prorogari
urgente causa.
- 6. Bimestri transacto adhuc potest coniux incontinenti Religio-
nem ingredi.
- 7. Omnibus coniugatis hoc bimestre concessum est, tametsi de
ingredientis religione non cogitauerint.

1. **D**iximus §. precedenti licere coniugibus ante consum-
matum matrimonium religionem ingredi. Superest
videndum quanto tempore negare sibi iudicem consumma-
tionem possint, ut liberum habeant transitum in religionem?
Quare responder Alexand. III. in cap. ex publico ac contro-
uersi coniugati. Episcopo Brixien. apud quem vir quidam con-
queratur, quod eius vxor, quæ diu ligauerat de matrimo-
nij valore, & condemnata adhuc reuertebat cum eo habitare
preterito religionis ingrediendæ. Mandamus, inquit Alexand.,
quomodo si prædictus vir enim carnaliter non cognouerit, & ca-
dem ad religionem transire voluerit, recepta ab eo sufficienti cau-
tione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum re-
dire iura duorum mensium spatium debeat, ut ipsam absol-
uat, &c.

2. Ex quo decreto manifestè constat bimestre concessum
esse coniugis, qui matrimonium non consummauit ad
deliberandum de Religionis ingressu. Et licet Abbas dicto
cap. publico, n. 11. Præpositi in cap. fin. 55. disp. Nauarr. cap. 16.
num. 27. & alij censuerint prædictum bimestre concessum
esse ad ingressum Religionis cum effectu, scilicet ad profes-
sionem, vti constat ex cap. ex parte eodem tit. de conuers. con-
iugat. At longè verius est ad solum ingressum in nouitium
concedi, vti pluribus relatis docent Henric. lib. 12. cap. 5. n. 8.
Sanch. lib. 2. de matr. disp. 2. 4. num. 4. & seqq. Gutier. de matr.
cap. 4. num. 1. Basili. Ponce, lib. 9. c. 9. num. 2. Coninch. disp.
26. dub. 3. num. 41. & 48. Gaspar Hurtado disp. 8. de matr. diffi-
cult. 8. eo quod sine manifesto Textu, & ratione recedendum
non sit à iure concedente annum nouitatus ante professio-
nem. Et licet in cap. Ad Apostolicam, de regularib. concedatur,
vbi hic annus tum ex consensu Nouitij, tum religionis con-
tracti possit, nulli tamen inuenitur, quod ex consensu con-
iugis manentis in sæculo coarctetur. Et certè illis in locis
vbi Tridentin. receptum est, omnino verissimum existimo
prædictos duos menses non pro professione, sed pro assump-
tione habitus esse intelligendos, concedendumque esse in-
terrogum nouitatus annum iuxta decretum. sess. 25. cap. 15. de
regul. A quo decreto solum eximit eos, qui monasterium in
commendam accipiunt, qui post sex menses tenentur ibidem
proficisci, vel commendam renouare: vt dicitur dicta sess. 25.
cap. 1. præsumunt enim ipsi facti religionem agnoscere, &
religioni notos esse, quod seculis procedit in coniugibus, qui
regulariter nunquam de Religionem cogitant, & sæpè ob-
sidium coniugis religionem amplectuntur, vti refertur cap.
ex parte de conuers. coniugat. Et cap. vniuers. Qui clorici, vel
veneres. Quare si coniux, cum annos pubertatis attingit reli-
gionem ingreditur, tenetur coniux in sæculo manens expectare
sive ad 16. annum, quo possit professionem emittere, vt
ex declaratione Concilij aduertit Basili. Sanch. & alij supra.
Neque obest quod in cap. ex parte ingressus pro professione sum-
mat, quia ille Textus est diuersi Pontificis, scilicet Inno-
centij, & nomen ingressus aliquando assumptionem habitus,
aliquando professionem significat.

3. Quod si ingrediens religionem ibidem proficere ten-
tas, & aliam amplecti velit, ne coniugi relicto præiudicium
suo potest Iudex compellere designato termino petemptorio,
vbi in vna Religione profiteatur, vel ad virum redeat, vt opti-
Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

mè notatur Henric. lib. 12. c. 5. num. 3. in fine. Sanch. disp. 2. 4.
n. 9. Gutier. de matr. c. 34. n. 13. Coninch. disp. 26. dub. 4. n. 45.
Basili. Ponce ad lib. 9. c. 9. in fine n. 10.

4. A quo autem puncto bimestre computandum sit?
Communitè Doctores asserunt computandum esse à die
matrimonij contracti. Nam et si in dicto cap. ex publico ad con-
uers. coniugat. bimestre computatum non fuit à die contracti
matrimonij, cum longum tempus præcesserit post bimestris
concessionem, sed à die per Iudicem designato, id factum est
quia illa mulier prætendebat matrimonium esse nullum, et
valido declarato bimestre illi fuit designatum, quod duo-
bus mensibus communitè occurrentibus completur, sicuti ex
communi latè probat Sanch. dicto lib. 2. disp. 2. 1. n. 3. Basili.
Ponce, lib. 9. c. 9. n. 4.

5. Grauior tamen est dubitatio, An auctoritate Iudicis
possit hoc bimestre coarctari, vel prorogari? Affirmant com-
munitè Doctores, quos refert, & sequitur Sanch. d. disp. 2. 4. n.
1. Gutier. c. 34. n. 16. Basili. Ponce, lib. 9. c. 9. n. 8. & sequentibus.
Nam hoc bimestre esto à lege præscribitur ministerio Iudi-
cis imponendum; tempus tamen à lege præscriptum, & maxi-
mè imponendum per Iudicem ex causa videnti coarctari, vel
prorogari potest. Ex leg. 2. qui pro tribunali. ff. de sentent. & re
iudicata. Et ibi Bart. n. 4. Molin. lib. 2. de primogen. c. 14. n. 19.
Et pluribus comprobatur Basili. d. cap. 9. n. 8.

6. Bimestri autem transacto non ita arctatur coniux ad
reddendum debitum consummandamque matrimonium, vt
nequeat, si velit Religionem ingredi, quia dum consummatum
matrimonium non est, electio itatus religiosi conceditur, vti
tradunt ex Innocent. Cardinali, Hostiens. Butrio, & aliis Sanch.
lib. 2. disp. 2. 4. n. 27. Gutier. c. 34. n. 19. Coninch. disp. 26.
dub. 4. n. 49. Gaspar Hurtado disp. 8. difficult. 8. n. 30. & colli-
giuntur ex cap. ex publico de conuers. coniugat. vt benè ponderat
Coninch. supra.

7. Quibus verbè hoc bimestre concedatur? communis est
sententia omnibus coniugatis concedi, tametsi de religione
ingredienda propositum non habeant, eo quod illud habere
possunt, & casu quo religionem non ingrediantur maiori af-
fectu postmodum coniunguntur, quia desideria dilata cres-
cunt. Ob quas rationes tulle hoc bimestre concessum asse-
runt Glossa in c. coniuges. 2. 7. q. 2. verbo primum. Syluester ver-
bo debitum. q. 1. causa 4. Rosella ibidem num. 1. Armilla, n. 5.
Et plures refert Sanch. lib. 2. disp. 2. 4. num. 25. Basili. Ponce,
lib. 9. c. 9. n. 7. Sed verus existimo cum Angelo, verbo debitum.
n. 14. Coninch. disp. 26. dub. 3. num. 46. Gaspar Hurtado dicta
disp. 8. difficult. 8. hoc bimestre solum concedi iis coniugatis
qui annum habent religionis, capessendæ. Ducor, quia à pun-
cto contracti matrimonij tenentur coniuges sibi inuicem red-
dere debitum, nisi iure Pontificio ob bonum religionis aliquo
tempore hæc obligatio suspendatur. At nullis aliis coniuga-
tis inuenitur suspensa, nisi iis qui de religionis ingressu tra-
ctant, vt constat ex cap. ex publico de conuers. coniugat. vbi hoc
bimestre, & non alibi inuenitur concessum. Ergo, &c.

§. VI.

De probationibus requisitis, vt matrimonium
contractum nullum esse iudicetur.

- 1. In foro conscientie nulla alia probatio præter testimonium ip-
sorum contrahentium requiritur.
- 2. In foro externo insufficientis est contrahentium testimonium
etiam de facto confesio.
- 3. Que sint coniecturæ facti consensus latè examinatur.
- 4. Si matrimonium dissoluedum sit ob impedimentum affirmati-
uis, vel consanguinitatis unico testi non est siles adhiben-
da necessario.
- 5. Non est licitum regulariter coniugibus propria auctori-
tate recedere, etiam dum constat nullum esse matrimo-
nium.

1. **I**n foro conscientie nulla alia probatio videtur requi-
sita præter testimonium ipsorum contrahentium. His
enim fides adhibenda est; nisi aliunde colligatur manifesta
deceptio, cum in hoc foro sola falus deponentium spectetur,
vt notauit Coninch. disp. 26. dub. 6. in princip. Couaruu. 4.
decret. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 9. Et 2. part. cap. 2. num. 2. Menoch.
de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 77. num. 16. Et lib. 3. præsumpt. 1. nu-
mer. 29. & 37. Et consil. 385. n. 21. volum. 4. Sanch. lib. 2. disp.
45. num. 2.

2. At in foro externo insufficientis est contrahentium tes-
timonium, vt matrimonium contractum dissoluatur, tametsi
causa dissolutionis sit factio consensus. Nam esto hæc cau-
sa vt potè interna solum et qui eam opponit nota esse pos-
sit, eius tamen probatio eliditur matrimonio exterius contra-
cto, vt colligitur aperte ex cap. per tuas de probation. ibi: Nihil
indignum est iuxta legitimos sanctiones, vt quod quisque sua
voce iudicè protestatus est, valent proprio testimonio inuicem.
H 3 Quo

Quocirca nisi alia coniectura adsit, quae fictionem adiuuare certò moraliter persuadeat, pro matrimonij valore standum est, vt tradunt Sotus in 4. d. 27. quest. 1. artic. 3. propositi. 1. Nauarr. cap. 2. numero 82. Couaruu. 2. part. decret. cap. 2. numero. 4. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 3. Et seqq. plures referens.

3. Coniectura autem huius fidei consensus aliquae referuntur. Prima si cum vir protulit verba consensus incontinenti reuocat, praesumi potest per inadvertentiam, & inconsiderationem ea protulisse, iuxta Textum in cap. praterea, de testibus cogendus: sicuti tradit aliis relatis Sanch. dicta disp. 45. numero 6. Quod stante decreto Trident. vix locum habere potest, cum Parochus teneatur contrahentium consensum diligenter explorare, vt bene aduertit Coninch. disp. 26. dub. 6. numer. 70. Secunda, si post contractum matrimonium paulò post afferat se fidei coconsensisse, & matrimonium aliud inear, quia non est praesumendum ita cito reuocaturus consensum praestitum, & cum damno prioris vxoris ad alias nuptias transiurus: quod à fortiori procedit, si ad Ordinem sacrum ascendat, vel Religionem ingrediatur. Credi enim non debet hos status ita perfectos assumpturus grauissimum peccatum mortale committens. Sic Angelus, verbo Matrimonium 2. num. 16. Syluest. eodem 4. quest. 9. dicto 1. & 1. Nauarr. cap. 2. num. 77. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 7. Ceterum verius cenfeo hanc coniecturam fidei consensus plenam non praestare probationem. Qui enim ausus est Sacramentum matrimonij eludere, & coniugem decipere, quid mirum si audeat Ordinem, vel religionem contra legitimas sanctiones assumere. Quare nisi alia causa adhibeatur fidei consensus, hanc insufficientem iudicarem, vt bene notauit Coninch. disp. 26. dub. 6. num. 71.

Tertia si coniux asserens fidei coconsensisse disparis conditionis sit ab alio tum in diuitiis, tum in nobilitate, satis praesumi potest fidei consensus praesens inquit Menoch. de praesumptionib. lib. 3. praesumpt. 1. num. 35. Et cons. 385. num. 20. volum. 4. Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 2. num. 4. Victoria de matrim. num. 249. Palacios in 4. d. 28. disp. 1. Sed neque hanc crederem sufficientem coniecturam fidei consensus, cum saepe videamus viros caeco amore ductos coniuges pauperes, & ignobiliores assumere, vt bene notauit relatis Rossella, Nauarr. Syluest. & Bartholom. à Ledesma Sanchez dicta disp. 45. numero 8. Vnde etiam feminae permitti possit ex vi huius testimonij in foro conscientiae alteri nubere; at viro in foro externo nequaquam permittendum est, vt rectè dixit Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. num. 71.

Quarta si testimonium fidei consensus comiter metus grauis, et si per se insufficientis ad irritandum matrimonium, quia tunc illa circumstantia manifestatio fidei consensus simul cum metu morale certitudinem inducunt defuisse verum animum contrahendi. Sic Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. artic. 3. propositi. 1. Bartholom. à Ledesma. dub. 19. de matrim. quos refert, & sequitur Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 12. Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. num. 71. Et hanc coniecturam probandam cenfeo, maximè si ex parte puellae contingat. Quinta refertur, si verique coniux fateatur fidei coconsensisse, quia fidei consensus nulla alia lucidior probatio haberi potest, iuxta doctrinam Baldi in leg. fin. numer. 2. r. Cod. de Heredib. instituenda. At haec coniectura mihi insufficientis videtur, cum saepe contingat vtrique coniugij matrimonij contracti poenitere, qui si hac via illud dissoluere possent multis fraudibus parerent ostium. Facilius enim credi potest, vt rectè inquit Coninch. dicto dub. 6. num. 71. eos tunc mentiri, quam antea fidei matrimonium contraxisse, praecipue si publice contractum est, vel consummatum. Debent ergo aliam causam sui fidei consensus exhibere. Sexta, quam Doctores plures sufficientem iudicant, alij insufficientem asserunt est protestatio contractum matrimonij antecedens. Si enim assertor fidei consensus protestatus fuerit antecedenter ad matrimonium se fidei coconsensurum, censetur Ioan. Andreas, Calderinus, Petrus de Ledesma, Manuel Rodriguez relati à Sanch. & Gutier. locis statim referendis sufficienter probare inualidè contraxisse. Econtrà Glossa in cap. tua de sponsalibus, verbo Mulierem communiter approbata à Doctores teste Couaruu. 14. decret. 2. part. cap. 2. in princip. num. 3. Nauarr. cap. 2. num. 78. Mascard. de probationib. conclus. 1243. numero 10. & sequentibus praedictam protestationem non prodesse, sed ab ea fuisse recessum facto contrario, scilicet matrimonij contractu. Sed communis sententia, quam multis allegatis tradunt Couaruuas, Mascard. vbi supra, Thom. Sanch. disp. 44. num. 19. Gutier. de matrim. cap. 52. num. 2. praedictas sententias concilians vt prima procedat si protestatio facta est altero coniuge sciente, & consentiente; secunda, si facta est protestatio altero coniuge ignorante, vel repugnante. At vt rectè aduertit Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. scientia alterius coniugis non infert recessum à protestatione, quia consensum non inducit magis quam ignorantia, sed solum praestat, ne contractus factus iniurius sit alteri contrahenti: Quapropter perquirenda sunt diligenter causae, quae ad praedictam protestationem mouent, quae si moraliter loquendo inducant dissentium, & hac tempore contractus perseverat

inualidus iudicari debet contractus, vt contingit si ad matrimonium metu cadente in constante virum cogitis, & etiam eam rem testibus protestatis non consensus, nullatenus contractu celebrato censendus es à protestatione recessisse, vt colligitur ex cap. Lorbarios 32. quest. 2. Et cap. 2. de his qua vi, metus causa sunt. Et ibi Glossa, & Doctores communiter teste Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 22. Mascard. concl. 1243. n. 13. Et Gutier. dicto cap. 52. n. 4. praedictam doctrinam comprobantibus auctoritate Dni in leg. qui in aliena ff. de acquirenda hereditate. Notanter dixi, si causa protestandi, & dissentienti tempore contractus perseverat, nam si cessauit, praesumi potest à protestatione recessisse, ideòque si metu ductus protestatus ex dissentium, & sic contraxit inualidus est contractus. Ac si post contractum copulam liberè habuisti censeris à protestatione recedere, & matrimonium denuò contrahere illis in locis, vbi Tridentina. receptum non est, & matrimonium clandestinè contrahi potest, vt colligitur ex cap. in super 4. Qui matrimonium accusare possum. Secus verò vbi est Tridentinum receptum, & matrimonia clandestina nulla sunt, sicuti notat Nauarr. cap. 22. num. 78. Gregorius Lopez, leg. 3. verbo carnaliter, tit. 4. part. 4. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 21. & 23. Gutier. cap. 52. num. 10.

4. Hucusque dictum cum agitur de dissoluedo matrimonio ob defectum consensus; si autem ob impedimentum aliquod affinitatis consanguinitatis &c. lis interceat, vno testi fidem non necessario adhibere debes, imò nec potes, vt propter eius testimonium vel matrimonium dissoluatur, vel debitum peteri denegetur, quia iura matrimonij soliditate non debent minui ob probationem tantum probabilem, vti constat ex cap. cum à nobis de Testibus, & attestantib. Solum enim illud testimonium te obligat ad veritatem diligenter inuestigandam; ea autem diligentia facta, si noua probatio non superueniat, qua impedimentum plene probatum dubium deponere debes, & in matrimonio, eòque vi perseverare. Sicuti pluribus firmat Sanch. dicta disp. 45. n. 24. Doctores namque communiter conveniunt ad probationem impedimenti, quae pro dissoluedo matrimonio necessaria est debere duos testes omni exceptione maioribus concurrere ex cap. in super eo. cap. cum à nobis de Testibus, & attestantib. Hi autem censentur etiam consanguinei si probatae vitae sint, & matrimonium illis esse expediens: tunc enim eorum testimonium de matrimonio impedimento nulla exceptione repellitur, sicuti repelluntur domesticis in cap. in literis, de Testib. vt bene docuit Gutier. de matrim. cap. 44. praecipue à num. 83. Quinimo ipsi sume contrahentes, vel alter illorum, si constaret matrimonium cupere sufficienter essent, vt eis deponentibus de impedimento fides adhiberetur, maximè si cum eorum depositione fama concurreat vt aduertit Sanch. d. lib. 2. disp. 45. num. 34. Coninch. disp. 26. dub. 6. concl. 3.

5. Ad extremum aduerte esto concurrant illae coniecturae, quae fidei consensus inersuisse demonstrant, vel ille probationes, quae impedimentum adesse concludunt adhaec non licere coniugibus propria auctoritate matrimonium dissolueri, si matrimonium publicum sit, sed necessarè Iudicis auctoritas requirenda est, ne scandalum generetur. Secus videtur dicendum, si de matrimonio contracto non constat quia fuit clandestinum, vel si publicum fuit, iam testes obvio, neque vllum adesse manifestationis periculum, cessat enim ratio, ob quam auctoritas Iudicis requisita est. Atque ita docet Henric. lib. 1. cap. 11. n. 4. Bartholomaeus à Ledesma de matrim. dub. 19. in fine. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 13.

PUNCTUM III.

De filijs gignendis, concupiscentiaque sedanda.

- 1. Matrimonium in filiorum generationem, & in concupiscentiam remedium institutum est.
- 2. Nullum est peccatum, si coniuges copulentur ob aliquam ex dictis finibus.
- 3. Qualiter ob alios fines extrinsecos eis liceat copulari?
- 4. Qualiter matrimonium prolem legitimam reddat? Respondeatur remissive.

1. **M**atrimonium vt de se constat institutum praecipue est in filiorum generationem, vt hac via genus humanum conseruaretur, & multiplicaretur. Deinde institutum est in concupiscentiae remedium: quippe post lapsum primi parentis opportunum fuit hoc institui remedium, ne caro quae aduersus spiritum concupiscit voluntatem ad illicitos concubitus pertraheret, ideòque Paulus 1. Corinth. 7. inquit Propter fornicationem scilicet vitandam, unusquisque suam uxorem habeat. Et paulò inferius: Reuertimini in vobis: ne uentis vos Sathanas propter inconuenientiam vestram. Neque his obstat, quod eodem loco dixerit de coniugibus: Tribulationes carnis carnis patientur huiusmodi. Nam vt rectè expi